

Joachim Albinus Joachim Morhof

Decades Quinque Illustrium Quaestionum Ad L. 2. Cod. De Rescindenda Venditione

Rostochii: Pedanus, 1621

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730891852>

Druck Freier  Zugang



Præf.
Albinus-Morhoff. Vert.
j. 1621. 1e

l. 37.
DECADES QUINQUE
Illustrium Quæstionum

AD
L. 2. Cod. DE RESCINDENDA
VENDITIONE. 38

QUAS
Aspirante Divino Numine,

CONSENTIENTE

Magnifico & Amplissimo ꝑctorum ordine
in inclyta ad Varnum Balthicum Academia

PRÆSIDE

CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO,
DN. IOACHIMO ALBINO
J. U. D.

Publici exercitij gratia proponit
JOACHIMUS Morhoff Pritzwaldensis.

In Auditorio majori,
Ad diem 13 Januarij horis matutinis.



ROSTOCHI
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typog.
ANNO M. DC. XXI. 1621

*Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochensis*



Inter Imperatorias constitutiones haud
postrema est constitutio l. 2. C. de rescind.
vendit. ubi Impp. Diocletianus & Maximi-
nianus in hunc modum rescribunt: *Rem
majoris pretij si tu vel pater tuus minoris distraxe-
rit, humanum est, ut vel pretium te restituente em-
ptoribus fundum venundatum recipias auctoritate
judicis intercedente, vel, si emptor elegerit, quod
deest justo pretio recipias: Minus autem pretium
esse videtur, si nec dimidia pars veri pretij soluta sit.*
Nos difficiliores ac insigniores, quæ circa
hanc legem moveri solent quæstiones,
quàm fieri potest brevissimè, exercendi in-
genij gratia publico examini, Divino Nu-
mine iubnixi, proponemus.

Q U Æ S T I O I.



Primò quidem in frontispicio hujusle-
gis quæri solet, Anne beneficium d. l. 2.
etiam juri Pandectarum fuerit cognitum?
Nos negantiū opinioni subscribimus cum
*Trentl. vol. 2. disp. 2. th. 9. lit. b. Diss.
gl. & vulgò Dd. per l. si quis 36. ff d.*

A 2

Verbo-

Verbor. Obligat. l. quid ergo 2. ff. depositi l. res bona
54. de contrahend. empt. l. 47. ff. de evictionibus
l. Lucius 38. ff. fam. ercisc.

2. An æquitate nitatur d. l. 2? Quod affirmamus
per d. l. 2. ibi: humanum est. l. in causa 16. § pen. ff.
de minoribus, l. item si pretio § 3. ibi, naturaliter ff.
locati, l. si voluntate 8. ibi, emptor vilioris C.
C. h. t.

3. Anne idem beneficium d. l. 2. etiam emptori
competat? Quod affirmamus per l. 1. § 13. ubi Gothofr.
ff. si quid in fraudem patroni. d. l. item si pretio 22.
§ 3. ff. locati, d. l. in causa 16. § pen. de minoribus Dis.
Cujacius lib. 16. obs. cap. 18.

4. Quomodo lætio ultrâ dimidiam in Venditore,
quomodo item in Emptore consideranda sit? Et Venditor
quidem dicitur deceptus, si non acceperit dimidiam par-
tem veri pretij, ut si res valeat 10. aureis, quam vendidit
4; Emptor autem deceptus dicitur, si rem plus duplo
emat, quam sit justum rei pretium, ut si rem 4. aureis di-
gnam emat 10, per ea, qua tradit Mynsing. cent. 4.
obs. 73. Cujac. d. loc. Arumæus disput. 2. ad legem
nostram th. 8.

5. Anne etiam in rebus mobilibus locum habeat
d. l. 2? Et R. locum habere, per d. l. 2. ibi: Rem majo-
ris pretij C. h. t. Dis. Cujac. in par. Cod. hic § lib.
23. obs. 32. qui eam non nisi ad res mobiles admodum
pretiosas produci debere affirmat.

6. Anne lex nostra locum habeat in venditione de-
creto

creto iudicis facta? Aff. per l. si quos 16. C. h. t. l. 1. C. de praescriptione 30. vel 40. annor. c. cum dilecti c. cum causa ext. de rebus Eccles. alienand. vel non
Disf. Arumaus disp. 3. ad l. nostram th. 18.

7. An locus sit d. l. 2. si venditio facta sit praecedente subhastatione? Aff. per d. l. si quos C. h. t. Negant nonnulli per l. 1. C. de praedijs Decur. l. à Divo Pio 15. § 3. ff. de re judic.

8. An d. l. 2. locum habeat re sine culpâ emptoris perempta? Et sanè dicendum videtur, eo casu à rei restitutione liberari emptorem, l. Si ex legati 23. ff. de Verbor. Obligat. l. qua fortuitis 16. C. de pignorat. act. l. contractus 23. in f. ff. de R. J.

9. An emptor ad supplementum pretij teneatur, si res sine culpa ejus perempta sit? Et verior videtur affirmantium sententia per l. arbitraria actio 2. § 3. ff. de eo, quod certo loco Sc. l. Stichum 95. ff. de solut. & liberat. Disf. Donell. ad d. l. 2. C. h. t.

10. Utrum rem d. l. 2. locum habeat adversus singularem possessorem? Neg. per l. fin. § fin. ff. de contrahenda empt. l. 1. § 16. ff. ad Sc. Trebell. l. dolus 10. C. h. t. Quod si tamen emptor solvendo non sit, tenuisq; possessor titulo lucrativo rem teneat vel fraudem participaverit, d. l. 2. remedium ad tertium possessorem porrigi posse existimamus per l. 1. § 3. C. si vend. pignor. agatur, Bachov. ad Treutl. vol 2. disput. 2. th. 11. lit. g.

11. Utrum clausula illa; Si quid pluris res valet,

A 3

dono

dono, venditioni adjecta hoc operetur, ut ex d. l. 2. agi non possit? Neg. per l. 192. ff. de V. S. Diss. nonnulli in d. l. Si quis 36. ff. de V. O.

12. Utrum, quia clausulæ hujus, *si quid pluris res valet, dono*, adjectione aliquid emptori donatum videtur, emptor facere possit deductionem venditori, ex d. l. 2. agente. Negatur per d. l. 192. ff. de V. S.

13. Utrum d. clausula pinguius ac magis generaliter concepta, puta si dicatur, *Si quid pluris res valet, totum illud, quantumcunq; est, dono*, impediat, quo minus ex d. l. 2. agi possit? Neg. per l. Iulianus 68. ff. de legat. 3. l. 1. § 1. ff. d. legat. prastand. Diss. Pinell. in 2. part. c. 2. n. 22. de rescind. vendit.

14. Utrum clausula hæc sic concepta: *Ex certa scientia & nullo errore ductus dono, si quid pluris res valet*, faciat cessare remedium d. l. 2? Neg. cum Fach. lib. 2. contr. c. 9. Diss. Boer. decis. 142. n. 10.

15. Anne, si emptor invenerit thesaurum in re vendita, venditor ultrâ dimidiam læsus agere possit, ut thesauri ratio habeatur, propter quam res procul dubio pluris æstimanda est? Neg. per l. possideri 3. § Neratius ff. de acquirenda vel amittenda possess. l. à tutore 67. ff. de Rei vendicat.

16. Utrum venditori scienti verum rei pretiū, remedium d. l. 2. comperat? Affir. per l. pen. ff. d. Constitut. princ. Dissent alij per l. 38. ff. de contrah. empt.

17. Utrum eadem lex locum habeat, quando contrahentium consensus est iteratus, atq; ut vocant, geminatus

rus? Affir. per Dd. quos allegat & sequitur Fach.
lib. 2. contr. c. 21.

18. An si per procuratorem res vendita sit, contra-
ctus rescindatur ob læsionem citra dimidiam? Negat.
per d. l. 8. C. h. t. l. 25. in f. ff. de minor.

19. Utrum in datione in solutum locum habeat
d. l. 2? Et distinguimus in judicialem & extra judicialem.
In hac locum habet remedium legis nostræ, l. si prædium
4. C. de evictionibus; In illa non item per l. 15. § 3.
ff. de re judicata.

20. Si læsio citrà dimidiam contingat in æstimatio-
ne rei in dorem datæ, an succurrendam sit conjugi dam-
num passo? Affir. per l. jure succursum 6. § 2. l. si res
æstimata 12. § 2. ff. de jur. dotium, l. si circumscri-
pta 6. C. soluto matrim.

21. An etiam ad permutationes d. l. 2. porrigenda
sit? Quod aff. per l. sciendum est 63. juncta l. scien-
dum tamen 19. ff. de adil. edicto, l. 2. ff. de rer. per-
mut. item per l. 1. ff. de contrah. empt. juncta l. in
causa 16. § pen. ff. de minoribus, l. 1. § 13. ff. si quid
in fraud. Patron.

22. An etiam in Locatione Conductione d. l. 2. ob-
tineat? Aff. per d. l. 1. § 13. ff. si quid in fraud. patr.
pr. Inst. de locat. l. item si pretio 22. § 3. ff. locati.
Disß. Hunnius ad Treutl. vol. 2. disput. 2. th. II.
lit. C.

23. An post tempus conductionis expletum, si con-
ductor se ultra dimidium justæ mercedis deceptum osten-
dat,

dat, beneficio l. nostræ juvari debeat. Aff. per d. l. 2. ibi: *humanum est*, &c. Diss. Decius in consil. 583. n. 8. vers. Ultimò.

24. An etiam obtineat l. nostra in locante suas operas, veluti in fabro, qui certo pretio faciendum suscipit aliquod opus? Affirm. cum Arumæo d. disput. 3. thes. 15.

25. An obtineat lex nostra in ea locatione, quæ fit ad modicum tempus? Affir. per ea, quæ tradit Arumæus d. loc.

26. An locum habeat d. l. 2. in contractu jurato? Neg. per auth. Sacramenta impuberum C. si adversus vendit. l. si duo patroni 13. § 2. ff. de jurejur. l. cum pater 77. § filius 23. ff. de legat. 2. Gail. lib. 2. obs. 41. n. 5. Dissent. alij variè, quos allegat Fachin. lib. 2. contr. c. 17.

27. Quomodo læsis in divisione succurrendum sit? Et putamus, si læsio contigerit citra dimidiam, sufficere, ut inæqualitas illa ad æqualitatem reducatur beneficio l. majoribus 3. C. Communia utriusq; judicij, l. in contractibus 3. C. quibus ex causis majores &c. At si læsio fuerit ultra dimidiam, non dubitamus, quin etiam remedio d. l. 2. C. de resc. vend. læsis succurri possit, per l. 1. C. Communia utriusq;.

28. An divisio per sortem facta ob enormem læsionem rescindi, aut si quid inæqualiter factum sit, ad æqualitatem reduci possit? Utroq; casu dicimus, referre, ntrum partes per errorem tam enormiter aut inæqualiter factæ sint; an vero scientibus ipsis dividendum; Priorè casu

casu subveniendum esse læsis etiam majoribus putamus
per l. 3. § 2. l. 11. § 4. ibi: nec enim eventus &c. ff.
de minorib; posteriori verò minoribus tantum l. 7. § 6.
& seq. ff. de minorib, non etiam majoribus, Fachin.
lib. 8. contr. c. 36.

29. An, divisione per electionem facta ob enormem læsionem, l. nostra competat, aut si gravis sit læsio, corrigi ea possit æquitate d. l. 3. C. communia utriusq; judicij &c? De hac quæstione idem quod de præcedenti dicimus.

30. An in omnibus b. f. contractibus d. l. 2. locum habeat? Et statuimus, illos potissimum contractus, in quibus aliquid datur & recipitur remedio l. nostræ rescindi Pin. ad d. l. 2. C. de resc. vend. cap. 3. p. 1. num. 7. Arumans disp. ad l. nostram 2. th. 12. In alijs vero contractibus quicquid inæqualiter factum est, ad æqualitatem reducitur, d. l. 3. C. Communia utriusq; &c, d. l. 3. C. quibus ex causis majores.

31. Utrum locum habeat d. l. 2. in contractu Emphyteutico? Et R. locum habere ex parte Emphyteutæ, si pensio fructibus æqualis sit constituta, Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 2. th. 12. lit. f.

32. An in feudo emptitio locus sit d. l. 2.? Aff. maximè ex parte vasalli, per ea, qua tradit Bachov. d. loc. Arumans disp. 3. ad l. nostram th. 16. & Dn. Ernest. Cothm. cons. 50. n. 92. vol. 3.

B

33. An

33. An d. l. 2. locus sit in transactione? Quod negamus per l. Lucius 78. §. 16. ff. ad SC. Trebell. l. 2. ff. de jurejur. l. 3. C. de plus petitionibus l. non minorem 20. C. de transactionibus, maxime si substantialia transactionis adsint, quæ enumerat Gail. lib. 2. obs. c. 70. n. 12. Dn. Cothm. cons. 28. n. 231. Et multis seqq. vol. 1. Diss. Fachin. lib. 2. contr. c. 26. Heigius lib. 2. quest. 9.

34. An legis nostræ decisio etiam in stricti juris contractibus procedat? Negatur per ea, quæ tradit Fachin. lib. 2. contr. c. 22. item Bachov. ad Treutl. d. disp. 2. th. II. lit. e. Dissent. alij per l. in omnibus 57. ff. de O & A, l. bonam fidem 4. C. eod.

35. Si venditioni stipulatio, qua quis servare contractum emptionis - venditionis promisit, subjecta fuerit, an enormiter læsus agere possit ex d. l. 2? Aff. per ea, quæ tradit Hunnius ad Treutl. d. disp. 2. th. 10, Arum. disp. 3. ad l. nostram th. 22.

36. Utrum d. l. 2. locum habeat in contractibus innominatis? Negamus cum Arum eod. loc.

37. Utrum Medico facta venditio rescindatur, si læsio intervenerit, sed non ultra dimidiam? Aff. per l. si medicus 3. ff. de extraord. cognit. l. quisquis 6. C. de postulando maxime si gravis sit infirmitas & periculum.

culum mortis immineat *Fachin. lib. 2. contr. c. 25.*
Dissent. Neapolitani Concilij Assessores allegante
Matthao de Afflictis decis. 123.

38. An resoluta ex lege nostra contractu etiam resolvatur onus rei venditæ impositum ab emptore, ut si fundo imposuit servitutem, vel eundem alij hypothe- cavit? *Aff. p. l. lex vectigali 31. ff. de pign. l. si res 3. ff. quibus modis pignus* *§ c. l. ubi autem 4. § sed* *§ Marcellus ff. de in diem addict. Diss. Bartol. in d. l. 3. ff. Quib. mod. pignus.*

39. Anne, si emptor ex *d. l. 2.* conventus rem restituere malit, venditor cogendus sit necessarias & utiles impensas in rem factas refundere. *Aff. per l. intra- utile 39. § ult. l. 27. § 1. inf. ff. de minor. Diss. Sa- licetus, quem allegat Fachin. lib. 2. contr. c. 20.*

40. Cum rem restituere vult emptor, an fructus perceptos simul restituere teneatur? Et placet nobis *A- rumæi* sententia *disp. 4. ad l. nostram th. 27.* qui vult, teneri emptorem ad fructus respectu illius, quod res plus valebat, compensando aliam partem fructuum ad re- spectum rationemq; pretij dati; Si vero emptor compen- satione uti nolit, sed omnes fructus restituat, tenetur ven- ditor datum sibi pretium cum usuris restituere, *l. 1. C. si major factus alienationem* *§ c. l. 1. § 3. C. si vend. pign. agatur, l. illud 29. § 2. ff. de edil. edicto.*

41. An renunciatio tollat actionem ex *d. l. 2*? Et distinguiamus in renunciationem generalem & specialem.

B 2

Gene.

Generalem tollere beneficium legis nostrae negamus per l. ult. §. 3. ff. de condict. indeb. l. obligatione 6. ff. de pignor. l. in ambiguo 3. ff. de rebus dubijs, l. creditor 60. §. Lucius 4. ff. Mandati, l. si pater 12. ff. quæ in fraud. cred. junctal. si quis 36. ff. de V. O. Specialis vero renunciatio tollit hujus legis remediū per l. si quis, pen. C. de pactis, l. queritur 14. § 9. ff. de adilit. edicto.

42. Quæ actio competat ex beneficio d. l. 2? Restitutionem in integrum competere putamus per ea, quæ tradit Hunnius d. disp. th. 9. lit. c. Dissent. variè Dd, quos allegat Trentl. d. disp. th. 9. lit. c.

43. Quamdiu competat beneficium d. l. 2? Et statuimus præscribi & extingui id quadriennio l. ult. C. de temporib. in integr. restitut.

44. Quomodo libellus concipiendus sit? Arumæus disp. 4. ad hanc l. th. 29. sic format: Deinde iudex ago contra Titium, cui ante annum vendidi fundum aureis 49, cum tamen contractus tempore valeret centum, quod ego ignoravi, & sic sum deceptus ultra dimidium justipretij. Peto ergo per vestram sententiam Titium compelli, ut accepto rursus pretio fundum restituat, vel quod justo pretio deest, suppleat.

45. Quomodo læsio ultrâ dimidiam probetur? Et statuimus iudicem inquirere debere, quænam fuerit vera rei venditæ æstimatio tempore initi contractus, hoc autem fit, vel per æstimatores vel per testes ex qualitate rei & quantitate l. 16. C. de Resc. vendit. de pretio rei non ex affectione cujusq; singulari sed ex

com-

communi æstimatione l. pretia rerum ff. ad L. Falcid.
deponentes, Hunnius ad Treutl. vol. 2. th. 10. lit. d.
Arunaus diff. 4. ad legem nostram th. 30.

46. Quodnam sit iustum pretium, quod ex d. l. 2.
supplendum venit? Et verior est Donelli & aliorum sen-
tentia, qui statuunt iustum pretium h. loco accipi debere
verum pretiū & quanti res valet per. l. si fundus 16. §.
9. ff. de pignor. l. si. voluntate 8. C. h. t. l. si res æsti-
mata 12. §. 1. ff. de jure dot. Diff. Connanus, qui
iustum pretium hic esse dicit dimidium veri pretij.

47. An si tempore contractus pretium fuerit inso-
litum, idq; deponerent testes juxta id iniri debeat æstima-
tio læsionis? Affirmant id Dd communiter in d. l. pretia
rer. ff. ad leg. Falcidiã, quibus calculum nostrum addimus.

48. Si testes dicerent, rem valere centum & plus, cū
tamen quinquaginta vēdita esset, an illud attendi debeat,
ut ex eo læsio ultra dimidiam colligi possit? Affir. per l.
hac adjectio 192. ff. de V. S.

49. Si testes in testimonio dicendo dissident, cujus
dicto standum sit? Et dicimus, si unus dicat, rem valere
centum, duo 100. & 20. standum esse testimonio duorum,
arg. l. fin. C. de fideicommiss. Quod si unus diceret, valere
rem centum & decem, alter centum & viginti, standum
esse dicimus ejus dicto, qui minorem summam expressit,
ll diem proferre 27. §. si plures ff. de recept. l. inter pares 38. ff.
de re judicata l. semper in obscuris 9. ff. de R. J.

50. Utrum in foro Ecclesiastico aliquod sit proditū
auxilium, quo læsus venditor citrà dimidiam suæ prospice-
re possit indemnitati? Aff. si res ex necessitate sit ven-
dita per c. novit ext. de judicijs. Fachin. lib. 2.

contr. cap. 25.

B. 3.

Cor.

Corollaria.

I.

Perfectâ Emptione - Venditione periculum rei venditæ, etiam re nondum tradita, ad Emptorem pertinere putamus.

II.

Venditor præcisè ad rei traditionem compelli potest, neq; liberatur præstando interesse, si modo rei tradendæ facultatem habeat.

III.

Secundum l. 2. C. de patribus, qui liberos *distraxerunt* etiam mater necessitate id urgente liberos suos distrahere potest.

IV.

Ad dominium ex emptione per traditionem transferendum requiritur, ut vacua possessio tradita sit.

Ad



Ad Praestantissimum & Doctissimum
D N. R E S P O N D E N T E M
amicum suum certissimum.

Multis multa placent, at quod tibi perplacet,
illud

Aggrederis studijs, mi JOACHIME, tuis;
Nimirum Themidos scrutaris mystica, Juris
Enodans leges nocte dieq; sacras.
Hac sat testantur, thesibus qua differis aptè,
Deq; RESCINDENDA VENDITIONE mones;
Pergito, vigilias magni comitantur honores,
Virtus cultori premia ferre solet.
Temnito praterèa si sit qui vana loquatur
Hoc de exercitio, nil tamen ipse sciens,
Tu modò cœpisti quo tramite currere pergas,
Nec cesses Themidos visere templa sacra,
Sic olim poteris patria servire, decusq;
Esse tuis, olim digna brabeia feres.

amoris ergo f.

GEORGIUS Walcke
Wismar.

JOA.



JOACHIMUS MORHOF

ἀράρη.

HIC MOS VIAM FORO
HOC MIHI MUSA, FORO


Leges disceptare, & earum inquirere sensus,
HIC Mos VIAM parat FORO,
Gnaviter huic insiste Viæ & Mori: Omnia vincit
Conantis improbus labor,
Dignus eris quondam, namq; Hoc MIHI Mv-
sa susurrat,
Qui promoveris in FORO.


L. F.

Sigismundus Stube

Wolâ — Sil.







the scale towards document

atione l. pretia rerum ff. ad L. Falcid.
ninus ad Treutl. vol. 2. th. 10. lit. d.
4. ad legem nostram th. 30.

nam sit iustum pretium, quod ex d. l. 2.
? Er verior est Donelli & aliorum sen-
nt iustum pretium h. loco accipi debere
quanti res valet. per. l. si fundus 16. §.
si. voluntate 8. C. h. t. l. si res & sti-
de jure dot. Diss. Connanus, qui
ic esse dicit dimidium veri pretij.
empore contractus pretium fuerit inso-
rent testes juxta id iniri debeat aestima-
rmant id Dd communiter in d. l. pretia
diã, quibus calculum nostrum addimus.
dicerent, rem valere centum & plus, cū
nta vēdita esset, an illud attendi debeat,
a dimidiam colligi possit? Affir. per l.
de V. S.

ntestimonio dicendo dissident, cujus
Et dicimus, si unus dicat, rem valere
20. standum esse testimonio duorum,
commiss. Quod si unus diceret, valere
em, alter centum & viginti, standum
cto, qui minorem summam expressit,
si plures ff. de recept. l. inter pares 38. ff.
er in obscuris 9. ff. de R. J.

foro Ecclesiastico aliquod sit proditū
is venditor citrà dimidiam suæ prospici-
ntati? Aff, si res ex necessitate sit ven-
dit ext. de judicijs. Fachin. lib. 2.

contr. cap. 25.

B. 3.

Cor.